Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

tue operuisti omnia peccata eorum. Mitigasti omnem iram
tuam: auertisti ab ira indignationis tue. Conuerte
nos deus salutaris nr̃i et auerte iram tuam a nobis.
Numquid in eternum irascaris nobis aut extendes
iram tuam a generatione in generationem. Deus tu conuersus
viuificabis nos et plebs tua letabitur in te. Osten
de nobis dne misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me dns deus: quoniam loquitur
pace in plebem suam. Et super sanctos suos: et in eos
qui conuertuntur ad cor. Verumtamen prope timentes eum sa
lutare ipsius ut inhabitet gloria in terra nra. Misericor
dia et veritas obuiauerunt sibi: iustitia et pax os
culate sunt. Veritas de terra orta est: et iustitia de
celo prospexit. Etenim dns dabit benignitatem: et
terra nra dabit fructum suum. Iustitia ante eum
ambulabit: et ponet in via gressus suos.
Inclina dne aurem tuam et exaudi me: quoniam inops
et pauper sum ego. Custodi animam meam quoniam sanctus
sum. Saluum fac seruum tuum deus meus sperantem in te.
Miserere mihi dne quoniam ad te clamaui tota die le
tificate animam serui tui: quoniam ad te dne animam meam leua
ui. Quoniam tu dne suauis et mitis et multe misericordie
omnibus inuocantibus te. Auribus percipe oratio meam
et intende voci deprecationis mee. In die tribula
tionis mee clamauit ad te: quia exaudisti me. Non
est similis tui in diis dne et non est secundum opera tua.
Omnes gentes quascumque fecisti venient et adorabunt
coram te dne et glorificabunt nomen tuum. Quoniam mag
nus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus. Ce
duc me dne in via tua: et ingrediar in veritate